

Peter Wasmund

**Rector Universitatis Rostochiensis Petrus Wasmundt I. U. D. & Professor, Ad
exequias Quae ... matronae Annae Schlorfes, defunctae coniugi suae
desideratissimae, a marito viduo ... Viro, Dn. Johanne Schmieden hodie ...
parantur, Omnes omnium ordinum huius almae universitatis cives amanter
invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777424800>

Druck Freier  Zugang



Wasmundt, P.,

in

Anna Schlorf,

uxor. J. Schmied.

Rost. 1631.

63.

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
PETRUS WASMUNDT
J. U. D. & Professor,

Ad exequias

Quæ

Piissima & honestissima matronæ

A N N Æ
SCHLORFES,

defunctæ conjugi suæ desideratissimæ,

à marito viduo

Ornatissimo & doctissimo Viro,

Dn. JOHANNE SCHMIEDEN,

bodiè hora mediâ primâ pomeridiana in templo

Nicolaitano parantur,

Omnes omnium ordinum hujus almæ uni-

versitatis cives amanter invitati.



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
AN NO M. DC. XXXI.

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
PETRUS WASMUNDT
J. U. D. & Professor.

E animarum statu post hanc vitam earumq; vel mortalitate vel immortalitate varias fuisse Ethnicorum sententias ex scriptis eorundem posteri- tati consecratis apparat. Alij animas esse mortales, & non secus quam corpora interire existimarent, cujus quidem sententiæ, alijs prætermissis, fuisse intelliguntur. Horatius, Lucanus, Seneca, Ovidius, Lucreti⁹, Ennius, Socrates, Plinius, Diagoras, & similes. Quibus etiam proximè accedebant Saducæi, qui mortuorum resurrectionem negabant. Alij putarunt animas quidem esse immortales, sed modo planè diverso. Nonnulli enim intellexerunt, omnes hominum animas ab cælo descendisse, ad ætheraq; evolaturas ac reversuras, quorum sententiæ aliquantulum accedit eorum opinio qui igneas esse animas ē cæloq; de- scendisse autem, sicuti Manilius, Valerius Flac-

XXXVII MDCXIIIA

Flaccus, Silius Italicus, Boëtius, & Juvenalis,
in suis carminibus pluribus explicant. Alij cre-
diderunt omnes animas infernas ad umbras
properare, simul ac à corporibus liberantur, cu-
jus sententia fuisse videtur Anaxagorat relatus
à Cicerone. Is enim quarentib⁹ amicis velletne
Clazomenas in patriam, si quid accidisset, re-
ferri, nihil necesse est, inquit, undiq; enim ad
inferos tantundem viæ est: significans omnes
animas ad eundem locum festinare, aliter enim
si sentiret, animarum quasdam infernas ad se-
des, quasdam vero ad supernas migraturas, non
dixisset tantundem viæ esse. Sunt qui putarunt
justorum animas ad æthera reddituras: injusto-
rum vero in Phlegetontis undis perituras, in
qua sententia fuit Socrates in hoc sibi contra-
rius, ut de ipso loquens refert Cicerone inquiens:
Duæ sunt viæ duplicesq; cursus animorum è
corpore exēuntium, nam qui se vitijs hunianis
contaminarunt, & totos libidinibus se tradide-
runt, ijs devium quoddam iter est seclusum à
Concilio Deorum, qui autem se integros ca-
stosq; servarunt, quibusq; fuit minima cum
corporibus contagio, suntq; in corporebus hu-
manis vitam imitati Deorum, ijs ad illos, à qui-
bus sunt profecti, facile patet redditus. Cum qua

A 2

sen-

sententia ferè concordant, quæ decampis Elysij
js Virgilius refert. Alia deniq; sententia fuit e-
xistimantium, animas immortales ab humanis
corporibꝫ evolantes in diversa animalium bru-
torum corpora migrare, cuj9 sententia fuit O-
vidius Tibullus & Claudianus: mortem enim
diutinæ peregrinationi similem esse putarunt;
nam ut peregrinus errans vagus & varians per
varias mundi regiones migrat ac remigrat; ita
animas à corporibꝫ exeuntes per varia aliorum
animalium corpora meare crediderunt.

Longè vero alia de statu animæ post hanc
vitam Christianorum est sententia, hi enim,
missis Ethnicorum fabulofis & futilebus op-
inionibꝫ ex verbi divini mysterijs certò sciunt,
animas piorum, statim atq; à corpore discedunt
deferri ab Angelis in sinum Abrahæ; impiorum
vero in inferno sepeliri. Pontificij quidem sta-
tuunt, sicuti triplex hominum sit genus, bono-
rum malorum & mediocrium; ita & post hanc
vitam, triplicem esse animarum statum: aut es-
se eas omnino beatas, aut damnatas in æternum
aut esse in temporali Purgatorijs pæna, à qua
suffragijs vivorum auro nummis imo etiam
fundis & alijs proventibus liberari possint. Ve-
rum quia scriptura neq; κατὰ τὸ πηγὸν neq; κατὰ διάνοιαν
quicquam de purgatorio docet, sed Christus &
Aposto-

Apostoli quoties de animarum statu post hanc
vitam loquuntur duplicitis tantum statu*vitæ æ-*
ternæ, aut gehennæ meminerunt, ideo nos ter-
rium statum tanquam verbo Dei planè contra-
rium meritò rejicimus. Ad beatas ergo vitæ æ-
ternæ mansiones absq; ullo dubio transiit ani-
ma piissimæ & honestissimæ matronæ *Anne*
Schlörfes quæ ante paucos dies morbo correpta
in Domino piè & placidè obdormivit. Nata est
illa in celebri hac civitate Anno Christi 1583.
Circa festum ascensionis Domini, patre *Rolof*
Schlörfen; *Hermannii Schlörfen* & *Annae Baroldts*
filio: matre vero *Anna Heldts* per Dei gratiam
adhuc superstite & filia mortem multum lu-
gente, *Curdii Heldts* & *Catharina Roden* filia.
Ab hiscè parentibus piè & liberaliter educata
Anno Christi 1604. Kalendis Maijs in matri-
monium data est viro ornatissimo & doctissimo
Dn. *Iohanni Schmieden* civi Reipubl. urbanæ
primario, ordinisq; nostri literarij faventissi-
mo, jam viduo mæstissimo, cum quo in pacato
& suavi conjugio vixit 27. & quod excurrit, an-
nos. Annis aliquot anteactis varijs obnoxia fuit
morbis, primum Scorbuto, morbo chronicō &
diurno, quem tandem hydrops ascitidis spe-
ciem referens subsecutus est, modo ad crescens,

A 3

modo

modo per medicamēta exhibita decrescens mi-
serè illā per 12. annos adfligens, sensimq; omnes
vires corporis prosternens, adeo ut cum ante
paucos dies morbo Epidemico febriq; simul gra-
vi corriperetur, levi negotio planè succumbe-
ret, vitamq; cum morte 7. hujus mensis inter
10. & 11. meridianas obdormiscenti similis annū
ætatis agens 48. commutaret. Piè defuncta no-
stra talem se per totam vitam & virgo gessit &
conjux ut bonos in amorem, malos in admir-
ationem rapuerit, nec in Sacellum Deæ Viripla-
cæ ingredi necesse habuerit: quum morosa &
querula minimè fuerit, sed maritum suum ob-
servaverit fideliter, rem familiarem curaverit
prudenter, manus in lanis, pedes in ædibus si-
xos tenuerit. Neq; vero mirum est, si in loco
ram munito delitescens libera fuit ab ejusce-
modi iictibus quibus concidere solet sexus fæ-
mineus. Animus enim castitatis vallo erat cir-
cumdatus, in propugnaculo excubabat mode-
stia: in muris lenitas & concordiæ studium: in
arcis medio erant fides & simplicitas: in turris
vertice patientia: amor bonæ famæ in circui-
tu. Sic circumvallata non solum cupiditatis
evitavit jacula, sed etiam cruciatus & tormenta
corporis æquo animo sustinuit, ac tandem
eluso

eluso Diabolo victrix evasit, atq; animam patrī
suo reddidit: cum quo nunc ibi vivit, ubi, ut
Beatus Angustinus loquitur, non est pauper-
tatis metus, non ægritudinis imbecillitas: ne-
mo læditur, nemo irascitur, nemo invidet; cu-
piditas nulla exardescit; ubi nullus Diaboli
met⁹, insidiæ Dæmonum nullæ: ubi neq; corpo-
ris mors neq; animæ: ubi finis est desiderij, qui
sine fine ab ipsa videbitur, sine fastidio amabi-
tur, sine fatigatione laudabitur. Quāvis igitur
dubium non sit, quin relictus viuus in sum-
mo animi mærore sit propter amissam talem
conjugem qua superstite felix erat, qua erepta
miser est: fragilitatis tamen humanæ & vitæ o-
nerosæ periculosæq; memor æ quo animo feret
maturius esse sublatam illam quæ cum homo
nata fuerit immortalitatem sibi spondere non
potuit, & tempore, æ statum omnium vehiculo,
transportanda fuit. Nec vero suæ commodita-
tis causa miseram esse cupiet, quæ ad summam
beatitatem evecta fortunæ effugit imperium,
quæ in hominem natum aliquid potest; nihil
in mortuum. Cæterum cum hujus piè defunctæ
matronæ exuviæ hodiè hora mediâ primâ ad
sepulturam efferendæ sint: omnes nostræ juris-
dictioni subjectos Academiæ cives Dnn. Pro-
fesso-

fessores, Doctores, verbi divini ministros, Magistros & studiosos juvenes amicè monemus & rogamus, ut ad declarandam condolentiam, rum etiam in recordationem propriæ mortali-
tatis & fugacitatis hujus vitæ in templo D. Nicolai, hora, quam diximus, media primâ, conve-
niant, deductionem que funeris p. d. hujus
matronæ sua præsentia cohonestent, omninoq;
huic prætent, quod omnes & singuli quon-
dam vel paulo post ab alijs post mortem no-
stram nobis præstari, dum in vivis sumus, uni-
cè cupimus atq; exoptamus. Ite ergo exequias
cives Academici in rerq; eundum Deo opt. max.
pro restitutione Illustrissimorum nostrorum
Principum gratias agite, eosdemq; totam pro-
vinciam, civitatem & Academiam eidem clem-
entissimo Deo ardentibus votis & suspirijs
commendate. P. P. Rostochij Sub sigillo Re-
ctoratus nostri, 12, Oct. Anno 1631.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777424800/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777424800/phys_0016)

DFG

eluso Diabolo victrix evasit, atque
suo reddidit: cum quo nunc ibi
Beatus Augustinus loquitur, i-
tatis metus, non ægritudinis ir-
mo læditur, nemo irascitur, ne-
piditas nulla exardescit; ubi
metus, insidiæ Dæmonum nullæ:
ris mors nec animæ: ubi finis e-
sine fine ab ipsa videbitur, sine
tutu, sine fatigatione laudabitu
dubium non sit, quin relictus
mo animi mærore sit propter
conjugem qua superstite felix e-
miser est: fragilitatis tamen hu-
nerosæ periculosæque memor æquæ
maturius esse sublatam illam
nata fuerit immortalitatem sibi
potuit, & tempore, æratum om-
transportanda fuit. Nec vero
tis causa miseram esse cupiet, que
beatitatem evecta fortunæ effec-
qua in hominem natum aliquem
in mortuum. Cæterum cum hu-
matronæ exuviae hodiæ hora
sepulturam efferendæ sint: om-
ditioni subjectos Academiæ c



the scale towards document

012

Patch Reference numbers on UTT
Serial No. _____

Image Engineering Scan Reference Chart TE63